



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Resolutorium dubioru[m] circa celebratione[m] missa[rum] occurrentiu[m]

Heynlin, Johannes

Colonie, 1501

VD16 H 3452

I Quid si sacerdos post sumpt[i]onem sanguinis percipiat aliqua[m] guttam
adherere calici

urn:nbn:de:hbz:466:1-34702

Capitulum

- Dubiū** viij **Sol.** Quid agendum si sanguis ex toto effundatur: ita q̄ nihil penitus maneat in calice quod sumi possit.
- Sol.** Si de effuso aliquid recolligi possit vel lambi aut forberi aut sugi agendum est vt in solutōne p̄cedentis dubij tactum est. Si autē nullum istoz fieri possit ne sacramentū maneat imperfectum p̄parandus est calix de nouo cum uino z aqua. z ulterius p̄cedendū est sicut in casu quo calix post p̄secratōnem corporis uacuis deprehenditur vel inepto liquore p̄paratus vt superius arti. iij. circa resolutōnes secundi z quarti dubiorum expressum est.
- Arti. vi.** ¶ Resoluit sex dubia q̄ circa sanguinem post eius sumptōem occurrunt
- I.** Quid agendum sit si sacerdos post sumptōnem sanguinis deprehendat aliquam guttam adherere orificio calicis. vel exteri⁹ in pede vel in alia parte calicis.
- Sol.** Si certus sit q̄ illa gutta sit consecrata: quia uidelicet scit se post preparatōnem calicis diligenter absterisise calicem tam exterius q̄ etiam interius ab illo loco ubi stat uinum infusum. tunc debet sumere illam guttam ante sumptōnem ablutōnis. Si autem sit dubius an sit consecrata sumat sub hac generali intentione z cōditione si sit consecrata. Si uero certius sit q̄ nō sit consecrata sumat cum ablutione. vel postea abstergat si exteri⁹ adhereat. Quo modo autē hateri possit probabilis certitudo in tali vel in alijs casibus consimilibus parebit ex capitulo sequenti articulo primo circa resolutōem tredecimi dubij z sequentium.
- ii.** Quid agendum est si post sumptōnem sanguinis deprehendat sacerdos aliquam guttam vel liquorem sp̄is uini adherere calice vel manipulo aut alteri huiusmodi.
- Sol.** Si certus sit de consecratione istius gutte vel liquoris lambat vel sugat. z procedat vt superius in solutōne septimi dubij articuli p̄cedentis dictum est. Si uero dubitet. faciat hoc sub cōditione vt circa p̄cedens dubium dictum est. Si autem certus sit q̄ non sit consecratus liquor ille vel gutta. tunc non est curandum de tali.
- iii.** Utrum statim post sumptōnem sanguinis debeat fieri ablutio digitorum super calicem. Ex quo enim adhuc in calice remansit aliquid qua species uini. ut puta humor quidā siue humiditas sub qua sanguis continetur. tales species si uinum supfundatur corrumpuntur. z sic ibi desinet esse sanguis christi. Quid igitur agendum sit. vt sumi possint absq̄ corruptōne.
- Sol.** Circa hoc sacramentū de possibilibus est agendū qd̄ decentius est. z pro maiori reuerentiā tanti sacramenti p̄uenientius. Non est autē possibile vt sp̄es sacramentales circa huius sacramenti celebrationem diu manere possint incorrupte. immo necesse est vt cito corrumpantur. Cum enim post sumptōnem in stomachū descendunt nō diu p̄sistere possunt incorrupte. nō solū p̄pter subsequenter debite ablutōis sumptōem. sed z p̄pter p̄mixtionē humorū in